manus misere anime transitura est. O stulte peccator qui
ista considerare nescis sine premeditacione. quia non vis
ista providere maxime negligis. Ideo sepius te invadit
superbia. exagitat ira. excruciat malicia. vulnerat
invidia. inflammat luxuria. fatigat pigricia. li-
gat avaricia. quam horrenda imminentia tibi tormen-
ta providere tibi non respicis. Ideo certo contumax. inju-
riosus. obstinatus sepe efficeris. piger et accidiosus
ad opus divinum accedis. et illud negligenter agis et
desidiose. Unde quia non vis providere quo vadis. Uti-
nam ergo saperes et intelligeres. et novissima pro-
videres. Tremendus est illius aspectus ut dicit Leo
papa. cui presens est omne solidum. apertum omne secretum.
cui obscura clarent. muta respondent. silencium
confitetur. mens sine voce loquitur. Ergo ille serpens
antiquus venenosus scilicet dyabolus sathanas ausus
fuisset impetum facere contra beatissimum Martinum qui
erat sacerdotum gemma. quam felicem animam presentibus
angelis ante celum curabat impetere. quomodo time-
ndum est tibi peccatori et tremendum premeditandum quam hor-
ribiliter occurret misere anime tue ille hostis filius ini-
quitatis. ille antiquus hostis amarissimus. Ergo frater
carissime precogita. et numquam a corde tuo recedat.
quantum illa beatissima virgo Maria mater domini nostri
ihesu christi die sue providebat. que ut legimus spe-
cialiter filium suum exoravit. ut maligni spiritus in
eius transitu non adessent. O si tam sancta deo et cara
primo carissima anima visione nefandorum spirituum
formidabat. quid faciet anima peccatoris. quomodo